



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

3. Hæresis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

Secūs dicendum, si est maior 25. annis, vel si adfuit consensus paternus, vel quando parentes pessimè erga filias se habent, differendo matrimonium malitiosè. Velsi ante consummationem ingrediatur religionem. Vel quando matrimonium clandestinum fuit nullum. Et est poenahæc imposita à lege valida iniurie canonico, lib. 3. rotā disp. 47.

2. Hæreditas, quando alicui aufertur, & non cantur hæredes ab intestato, amittitur in foro conscientiæ ante iudicis sententiam, li. 7. art. 87. no. 8.

Hæresis.

1. Hæresis de iure naturali est causa diuocij, dum non resipiscitur. Et tenetur catholicus diuertere, & potest authoritate propriâ sine restitutione hæretico, & ut recedat, non sufficit unus, vel alter actus hæresis, si coniux præratus sit corrigi. Secūs, si correctionē refugit. Et si resipiscat ante sententiam tenetur catholicus illum admittere; secūs, si post sententiam & separationem factam iudicio Ecclesiæ, non tencatur ullo modo admittere hæretico, quando per sententiam declaratur hæretico. Et non requiritur specialis sententia diuocij & tunc licitus est transitus catholicî ad religionem, vel ad ordines sacros, manente hæretico in saeculo sine voto. Secūs dicendum de hæretico, sine licentia catholicî, quæ sola sufficit. Item habita copula ante sententiam à catholicô cum hæretico post notitiam hæresis, nullo

nullo modo est condonatio, nisi expressus animus condonandi adesseret, & si animus nec condonandi, nec non condonandi adfuit, non est condonatio; lib. 10. tota disp. 15.

2. Hæreticus invalidè init matrimonium cum infideli, l. 7. disp. 71. n. 4. At hæreticus vel apostata, validè contrahit cum fideli; est tamē peccatum mortale, exceptis locis, in quibus hæretici non denuntiati, nec notoriij percussores clerici cū catholicis permixti conueniunt, ut in Germania, Gallia, Polonia, &c. propter consuetudinem toleratam ob bonum pacis, nunquam tamen licent pacta, quæ incuntur, ut quidam ex filijs nascituris fidei, alij autem hæresi adhæreant. Item sponsalia semper suad irrita inter catholicum, & hæreticū, cū sint dereturpi & illicita, l. 7. tota disp. 72.

Hermaphroditus.

1. Hermaphroditus in quo alter sexus prævalet, potest matrimonium inire iuxta sexum præualentem, & contrahens iuxta aliū lexum, est irritum matrimonium iure naturæ. Et quando uterque sexus est æqualis, in opinione eius est iuxta alterutrum sexum matrimonio iungi. Parochus autem nō debet interesse tali matrimonio, donec hermaphroditus coram iudice ecclesiastico protestetur, quo sexu vti velit, & se alio sexu præterquam semel electo nō viderum. Et si electo uno sexu semel, vtatur alio, viduus effectus contrahendo peccabit mortaliiter, & quando consultus medicis res in equi-

L 2

librio